

**BOLETÍN ECLESIAÍSTICO**

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA**LEONIS PAPAE XIII**

EPISTOLA APOSTOLICA

AD ANGLOS**LEO PP. XIII****AD ANGLOS**

REGNUM CHRISTI IN FIDEI UNITATE QUARENTES

SALUTEM ET PACEM IN DOMINO

Amantissimae voluntatis significationem sibi quoque a Nobis habeat gens Anglorum illustris. Eam quidem allocuti communiter sumus, data non multo antehac epistola apostolica ad principes et populos universos: verumtamen ut id propriis litteris efficeremus, jam Nobis admodum in desiderio resederat. Desiderium alebat ille quo semper fuimus animo propenso in nationem vestram, cujus res a vetustate praeclaras christiani fasti loquuntur: eaque amplius movebant quae non infrequenti cum popularibus vestris sermone accepe-



ramus, tum de observantia Anglorum in Nos humanissima, tum praecipue de calescentibus istic animorum studiis in eo, ut pacem sempiternamque salutem per fidei unitatem requirant. Testis autem est Deus quam incensam foveamus spem, posse operam Nostram afferre aliquid ad summum christianae unitatis negotium in Anglia tuendum et procurandum: Deoque benignissimo conservatori vitae, habemus gratiam, qui, ut istud etiam contenderemus, hoc Nobis aetatis incolumitatisque concesserit. Quoniam vero optati exitus expectationem nulla in re magis quam in admirabili gratiae ejus virtute collocamus, in id ipsum propterea appellare Anglos, quotquot gloriantur christiano nomine, meditato consilio decrevimus. Atque eos invitamento et alloquio cohortari aggredimur, ut pariter erigant ad Deum et intendant fiduciam, opemque ab illo, tantae rei maxime necessariam, assiduitate sanctarum precum implorent.

Caritati in vos providentiaeque Nostrae facta Pontificum decessorum praelucent, in primis Gregorii Magni; cujus quidem insignia de religione ac de humanitate promerita, jure in gente vestra singulari quodam nomine collaudantur. Quam enim *pro convertendis Anglis Saxonibus, quemadmodum in monachatu proposuerat, assiduis cogitationum fluctibus urgeretur*, (1) si apostolicos in eis labores praesens quidem obire, ad ampliora destinante Deo, non potuit, mirum sane quo ille animo, qua constantia grande propositum institit perficiendumque curavit. Nam ex ipsa monachorum familia, quam domi suae ad omnem doctrinam et sanctimoniam eximie formaverat, illuc delectam manum, beati Augustini ductu, alacer mittit, contra miseram superstitionem nuncios evangelicae sapientiae, gratiae, mansuetudinis. Coepta porro sua nullis humanis subnixis praesidiis, et spem per difficultates crescentem, plena tandem videt et comulata. Cujus eventum rei eidem Augustino per litteras nuncianti, triumphans ipse gaudio ea rescripsit: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis: gloria Christo..... cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus amore in Britannia fratres quaerimus quos ignorabamus, cujus munere quos nescientes quaerebamus, invenimus. Quis autem narrare sufficiat quanta hic laetitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum, operante Omnipotentis Dei gratia, et tua Fraternitate laborante, expulsis errorum tenebris, sanctae fidei luce perfusa est: quod mente integerrima jam calcat*

(1) Joan. Diac. in vita ejus II. 83.

idola, quibus prius vesano timore subiacebat? (1) Idemque Ethelberto regi Cantii et Bertae reginae gratulatus est epistolis perbenignis, quod altera *recordandae memoriae Helenam*, alter *Constantinum piissimum Imperatorum* essent imitati (2) tum utrumque et gentem saluberrimis monitis confirmavit, plenisque prudentiae institutis provehere et augere reliqua vita non desiit. Ita in Britanniae finibus christianum nomen, temporibus priscis ab ipsa Ecclesia inventum, propagatum, vindicatum (3) quod exterarum deinde occupatione gentium oppressum, longo intervallo defecerat, feliciter Gregorio auspice restitutum est.

Haec principio revocare libuit, non ideo solum quia per se egregia sunt et Ecclesiae Christi gloriosa, sed quia populo Anglorum, cujus gratia sunt gesta, certe erunt ad commemorandum pergrata. At vero quod magni interest reputare, eadem caritatis Gregorii instantiaeque argumenta, transmissa veluti hereditate, in eis non dissimiliter apparent, qui Pontifices successerunt. Sive enim dignis pastoribus designatis, sive datis humanae divinaeque doctrinae magistris optimis, sive disciplinae et hortationis suppeditatis auxiliis, diligentissime est ab illis abundeque praestitum quidquid resurgenti apud vos ecclesiae ad firmamentum erat opus et ubertatem. Hujusmodi curis per brevi sane tempore respondit exitus; nec enim usquam fortasse altius in animis recens fides insedit, neque acriores pietatis sensus erga beatissimi Petri Cathedram vigerunt. Cum quo christianae unitatis centro, in romanis Episcopis divinitus constituto, jam tum summa Anglis conjunctio intercessit decursuque aetatum perstitit, fidelissimo obsequio, firma: id quod tam multis tamque nobilibus rerum monumentis consignatum est, nihil ut testatius fieri queat.

Verum saeculo sexto decimo, in illa religioni catholicae asperrima per Europam tempestate, Anglia simul, neque ignota est causa, gravissimum vulnus accepit: quae primum divulsa a communionem Apos-

(1) Epist. XI, 28, al. IX, 48.

(2) Ib. XI, 66, al. IX, 60: XI, al. IX, 59.

(3) In hoc valde egit sanctus Caelestinus I adversus haeresim pelagianam quae Britannos infecerat. Qua de re Sanctus Prosper Aquitanus, scriptor ejusdem aetatis, idemque postea Sancti Leonis Magni notarius, sic habet in suo *Chronico*. «Agricola pelagianus, Severiani pelagiani episcopi filius, ecclesias Britanniae dogmatis sui insinnatione corruptus. Sed ad actionem Palladii diaconi, Papa Caelestinus Germanum, antissiodorensis episcopum *vice sua* mittit, et deturbatis haereticis, Britannos ad catholicam fidem dirigit.» Migne, Bibl. PP. S. Prosp. Aquit. opp. vol. un. pág. 694.

tolicae Sedis, dein ab ea fide sanctissima abducta est, quam compluram jam saecula, cum magno etiam libertatis emolumento, laeta coluerat. Dissidium triste! quod decessores Nostri ex intima caritate deplora-verunt, omnique providentiae ratione conati sunt restinguere et pro-fluentem inde malorum vim deminuere. Longum quidem est, neque est necessarium, seriem persequi earum rerum quae ipsorum in hoc sedulam perpetuamque curam declarent. Praesidium vero insigne et praevalidum ab iis paratum est, quoties peculiare indixerunt preces eo proposito ut Deus Angliam suam benignus respiceret. Cui eximio caritatis operi sese nonnulli majorem in modum dederunt viri sanctitati illustres, nominatim Carolus Borromaeus et Philippus Neri; maximeque superiore saeculo Paulus ille, auctor Sodalitatis a Chris-ti Passione, qui, non sine quodam coelesti afflatu, ut proditum est, *ad thronum divinae gratiae* supplicando instabat, eoque enixius, quo minus favere optatis tempora videbantur. Nosmetipsi, multo etiam antea quam ad summum sacerdotium eveheremur, hoc idem religio-sae precatationis officium in eandem causam impensum, et magni fe-cimus et valde probavimus; hujusque rei jucunda quaedam subit ani-mo recordatio. Quo enim tempore belgica in legatione versaremur, oblata Nobis consuetudine cum Ignatio Spencer, ejusdem Pauli Sancti a Cruce alumno pietissimo, tunc nempe accepimus initum ab eo ip-so, homine anglo, consilium de propaganda certa piorum societate, rite ad Anglorum salutem comprecantium (1). Tale consilium, et fide et amore fraterno excellens, vix attinet dicere quanta Nos gratia complexissimus quantaque studuerimus ope fovere, praecipientes cogi-tatione largum inde utilitatis solatium anglicae genti consecuturum. Fructus autem divinae gratiae, ex bonorum precibus impetrati, non obscure quidem ante illud tempus provenerant; exinde tamen, sancto ejusmodi foedere latius dimanante, majore copia extiterunt. Factum est enim ut complures, clarissimo etiam nomine, admonenti vocan-tique Deo pii volentes paruerint; idque non raro per maximas privatim jacturas, animo excelso. Praeterea mira quaedam commota est pas-sim inclinatio animorum erga fidem et instituta catholica; ut ad haec accessio non minima facta sit existimationis et reverentiae, praeju-dicatas opiniones delente studio veritatis.

(1) Ad hoc precem ille praecipue suadebat salutationem angelicam; impe-travitque a Coetu solemniter Ordinis sui, Romae habitato an. MDCCCLVII, singulare de ea re praeceptum sodalibus omnibus ejusdem Ordinis.

Quarum rerum progressionem considerantibus, sic Nobis persuasum est, beneficio potissimum unanimae supplicisque tam multorum ad Deum obsecrationis, maturari jam tempus quo benignitatis ejus erga nationem vestram consilia se amplius prodant, ut plane *sermo Dei currat et clarificetur* (1). Fiduciamque adjuvant quaedam ex humana civilique rerum vestrarum temperatione momenta, quae si minus proxime ad id quod propositum est conducunt, conducunt tamen, vel dignitatis humanae tuenda honestate vel justitiae caritatisque legibus dirigendis. Sane apud vos multa datur opera causae, quam vocant socialem, dirimendae, de qua consulto est a Nobis ipsis actum encyclicis litteris: sodalitia quoque habentur providenter condita ad aequam opificum plebisque levationem et disciplinam. Optimum similiter, quod tanta cum alacritate et firmitate contenditur, ut in populo maneat religiosa institutio: quo nullum certe stabilius est educandae soboli continendoque domestico et civili ordini fundamentum. Est item in laude, multos diligenter studioseque in id incumbere ut potus intemperantia, indigna homine labes, tempestivis cautionibus comprimatur. Illud autem egregium, coalitas nobiliorum juvenum societates, custodiendae morum debitae continentiae, atque honori qui par est, in feminas observando: nam dolendum, opiniones de christiana continentia serpere exitiales, quasi arbitrantium non tam restricte eo praecepto teneri virum, quam femina teneatur. Nec sine causa prudentes viri extimescunt *rationalismi* et *materialismi* pestes, a Nobismetipsis saepius damnatas; quarum contagione quidquid usquam auctoritatis est in religione, in studiis doctrinae, in vitae usu, tollitur funditus vel admodum infirmatur. Quam ob rem illi praeclare consulunt qui non timide complectuntur atque etiam asserunt summa Dei et Christi ejus jura, leges, documenta; his namque divinum in terris regnum consistit; hinc omnis potestas et sapientia et incolunitas derivatur. Probeque indolem vestram virtutemque declarat multiplex beneficentiae ratio; de languida senectute, de pueritia derelicta, de invaletudine perpetua, de inopia calamitosa, de periclitanti pudore, de vitiositate corrigenda, curaeque aliae similes, quas antiquitus Ecclesia mater studiose induxit nulloque tempore destitit commendare. Nec praetereunda est dierum sacrorum publice inviolata religio; neque ille reverentiae habitus, quo in divinarum libros Litterarum animi fere ducuntur. Potentia denique et opes na-

(1) II Thess. III. 1.

tionis britannicae, humanitatis libertatisque beneficia una cum commerciis in oras ultimas proferentis, cui non merito sunt spectatae?

Ex hoc tamen laudatarum rerum concursu et agitatione mens tollitur ad summum omnis efficientiae principium fontemque jugem bonorum omnium; ad Deum, beneficentissimum nobis e coelo patrem. Neque enim, nixi exorato et propitio Deo, illae res vere sunt, uti oportet, privatim vel publice valiturae: quippe, *Beatus populus, cuius Dominus Deus ejus* (1). Sic igitur animum christianus homo affectum confirmatumque habere debet, ut rerum suarum spem reponat maxime et defigat in ope divina quam sibi paret orando: inde scilicet fit ut ejus actioni quiddam humano majus et generosius accedat, beneque merendi voluntas, veluti supremo ardore incitata, multo se amplius atque utilius effundant. Deus nimirum, data exorandi sui facultate, permagno mortales et honore affecit et beneficio; idque praesidium omnibus omnino promptum est nec operosum, nullique ex animo adhibenti recidit irritum: *Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, tutissimus locus* (2). Quod si divinum numen religiose oranti ea licet spectare quae ad prosperum hujus vitae statum proficiant, perspicuum est nihil non ei sperandum, ad aeternitatem vocato, de praestantissimorum adeptione bonorum, quae humano generi Christus peperit *sacramento misericordiae suae*. Ipsemet, *factus nobis sapientia a Deo et justitia et sanctificatio et redemptio* (3) ad ea omnia quae in id providentissime docuit, constituit, effecit, salutaria orandi adjecit praecepta, eademque roboravit benignitate incredibili.

Sunt ista quidem nemini christiano non cognita; tamen haud satis recoli a plerisque et adamari solent. Hoc Nobis dat causam ut orandi fiduciam vehementius excitemus, Christi Domini ipsius verba paternamque caritatem renovantes. Illa nempe gravissima et promissis uberrima: *Et ego dico vobis: Petite et dabitur vobis: quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit, et qui quaerit, invenit, et pulsanti aperietur* (4): quae mirifice illustrant Dei providentis consilium, ut precatio sit et indigentiae nostrae interpres et eorum quibus indigeamus certa conciliatrix. Quo vero ma-

(1) Ps. cXLIII. 15.

(2) Chrysost. hom xxx. in Gen. 5.

(4) I Cor. I, 30.

(3) Luc. XI. 9-10.

jestati Patris vota nostra accepta grataque fiant, ea filius cum suo ipsius deprecatoris merito et nomine omnino jubet nos conjungere et exhibere: *Amen amen dico vobis; si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum* (1). Tum similitudine etiam benevolentiae actuosae, qua sunt animati parentes in liberos, rem confirmans: *Si vos inquit, quum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de caelo dabit spiritum bonum patentibus se?* (2) Magna procul dubio lectissimorum numerum copia eo spiritu bono continetur; atque illa maxime inest arcana vis, de qua Christus ipse commonuit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum* (3). Tali disciplina instituti fieri nequaquam potest ut non invitentur, non impellantur animi ad salutarem orandi consuetudinem: nimium vero quantum in id et perseverantia insistent et exardescunt pietati, ubi sese ad exempla Christi contulerint. Qui nihil timens, nulla re egens, quippe Deus, tamen erat pernoctans in oratione (4), atque obtulit preces supplicationesque.... cum clamore valido et lacrimis (5), idque peragens, ita se Patri exhibere voluit precatorem ut meminisset se nostrum esse doctorem, prout ipse sapienter vidit, nationis vestrae ornamentum, venerabilis Beda (6). At Christi Domini praeceptionem in hac re et exemplum nihil profecto luculentius comprobatur quam supra mus ille se: mo quem, cruciatibus proximus necique, ad apostolos habuit. In quo, sublatis in coelum oculis, spirante pectore caritatem, Patrem Sanctum etiam atque etiam compellavit, id rogans id flagitans, ut arctissima inter alumnos sectatoresque suos conjunctio foret et permaneret in veritate; idque tamquam evidens argumentum legationis suae divinae in oculis gentium patesceret (7).

Hoc loco gratissima enimvero observatur cogitationi unitas fidei et voluntatum, cujus gratia Redemptor et Magister noster in ea supplicatione ingemebat: quam unitatem, rei quoque civili domi forisque perutilem, haec vel maxime tempora, dissociatis adeo perturbatisque

(1) Joann. xvi. 23-24.

(2) Luc. xi. 13.

(3) Joann. vi. 44.

(4) Luc. vi. 12.

(5) Hebr. v. 7.

(6) In Ev. S. Joann. xvi.

(7) Joann. xvii, 21.

animis, plane deprecant. Quantum in Nobis fuit, nihil admodum quod Christi exemplum et conscientia officii admoneret, videmur praetermisisse vigilando, hortando, providendo; Deoque imploratione supplicabimus humili et supplicamus, ut nationes de fide christiana dissentientes pristinam tandem repetant unitatem. Id proximo tempore non semel affirmateque significavimus, neque uno consilii modo acriores in idem curas conferre instituimus. Quam vero feliciter Nobis beateque, si rationem pastorum principi instante jam tempore redituris, id contingat ut de his votis, quae ipso aspirante et ducente aggressi sumus perficere, libamenta ei non exigua fructuum afferamus. Per hos autem dies magna cum benevolentia et spe habemus animum ad Anglorum gentem conversum; in qua intuemur crebriora et manifestiora indicia divinae gratiae, salutariter animos permoventis. Satis enim apparet, ut quotidie offendant non paucos communitatum suarum in rebus maximis vel confusio vel repugnantia; ut alii videant qua opus sit firmitate adversus novum variumque errorem, in prava naturae et rationis placita abeuntem; ut augeat hominum numerus religiosiorum ac prudentiorum, qui conjunctioni cum Ecclesia catholica instaurandae ex animo multumque studeant. Eloqui vix possumus quam vehementer et haec et similia plura caritatem Christi in Nobis acuant; quantaque contentione uberioris a Deo gratiae munera devochemus, quae animis ita affectis infusa, in fructus exeant optatissimos. Eos videlicet fructus, ut *occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei* (1). *Solliciti servare unitatem spiritus, in vinculo pacis: unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae; unus Dominus, una fides, unum baptisma* (2).

Vos igitur omnes, cujusvis communitatis vel instituti, quotcumque in Anglia estis ad hoc unitatis sanctae propositum revocandi, sermo Noster peramanter appellat. Sinite obtestemur vos per sempiternam salutem perque gloriam christiani nominis, ut preces fundere atque vota summo Patri coelesti demisse impenseque facere ne renuatis. Ab ipso, omnis luminis largitore, omnisque recte facti suavissimo impulsore opportuna petere adjumentā contendite, ut liceat vobis doctrinae ejus plene displicere veritatem, ejusdemque misericordiae consilia fidelissime amplecti, augusto nomine interposito et

(1) Eph. iv. 13.

(2) Ib. 3-5.

meritis Jesuchristi, in quem aspicere oportet *auctorem fidei et consummatorem* (1), qui *dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret... ut exhibere ipse sibi gloriosam Ecclesiam.* (2) Difficultates si quae sunt, non sunt tamen ejusmodi ut aut caritatem Nostram apostolicam omnino iis retardari, aut voluntatem vestram deterreri oporteat. Esto, quod rerum conversionibus ac diurnitate ipsa dissidium convaluerit; num ideo reconciliationis pacisque remedia respuat omnia? Nequaquam ita, si Deo placet. Sunt eventus rerum, non provisione humana tantummodo, sed maxime virtute pietateque divina metiendi. In rebus enim magnis atque arduis, si modo sint sincero et bono animo susceptae, adest homini Deus, cujus providentia ab ipsis inceptorum difficultatibus capit quo magnificentius duceat. Ad solatium communis spei haud longe abest ut saeculum condatur tertium decimum postquam missos ex hac Urbe apostolicos viros, quod initium commemoratum est, gens anglica auspiciatō excepit, spretaque vana numinum religione, primitias fidei suae Christo Deo consecravit. Res quidem, si qua unquam fuit, celebratione et gratiis publice digna, quippe quae vobis et magnam beneficiorum copiam et amplitudinem nominis per aetates adduxit. Tali autem ex recordatione memoriae utinam id praecipue bonum sequatur, ut studiosos recti animos cogitatio capiat et aestimatio justa de fide; quae non alia majoribus illis vestris tradita est, non alia nunc traditur. Nam *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula*, ut Paulus praedicavit apostolus (3); qui peropportune vos etiam hortatur ut memores sitis patrum vestrorum, *qui vobis locuti sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem* (4).

Socios adjutoresque in causa tanta catholicos Angliae, quorum exploratissima est Nobis fides et pietas, praecipue advocamus. Qui sacrae preceationis dignitatem virtutemque frugiferam sedulo apud se perpendentes, nihil dubium quin certare velint ut inde suis omni ope succurrant, eisque et sibi demereantur Dei clementiam. Nam ut quis sua causa oret, cogit sane necessitas; ut alicuius causa, studium hortatur fraternum: facile autem apparet plus quidem gratiae habituram esse apud Deum precem, non quam transmittat necessitas:

(1) Hebr. xii. 2.

(2) Eph. v. 25-27.

(3) Hebr. xiii. 8.

(4) Ib. 7.

sed quam caritas fraternitatis commendet. Id certe christiani ab Ecclesiae usque primordiis alacres praestiterunt. In eo potissimum quod attinet ad fidei donum, praeclara sunt ad imitationem quae antiquitas tradidit; quemadmodum illi cognatis, amicis, principibus, civibus suis inflammato studio postularent a Deo *mentem obedientem in christianam fidem* (1). Conjuncta in re accedit aliud quod Nos habet sollicitos. Est enim compertum Nobis, non deesse istis qui nomen catholicum teneant ii quidem, re vero et professione non ita, ut aequum est, probare curent; maxime vero, in amplis primariisque urbibus, ingenti numero esse homines qui religionis christianae ne ulla quidem elementa hauserint, quique non modo nullum Deo adhibeant cultum, sed in caeca ignoratione justitiae bonitatisque ejus versentur. In hac item calamitate orandus, exorandus est Deus: velit ille, qui potest unus, aptas curationi monstrare vias, velit eorum animos viresque sustinere qui id ea ipsa causa jam desudant, velint *mittere operarios in messem suam*. Quod Nos deprecandi officium quum in filiis Nostris urgemus, eosdem pariter debemus velle admonitos, ut ne quid de se desiderari ullo modo sinant quod impetrationis fructum efficiat, habeantque propemodum sibi quae Corinthiis edixit Apostolus: *Sine offensione estote Judaeis et Gentibus et Ecclesiae Dei* (2). Nam praeter virtutes animi, quas ipsa precatio in primis postulat, eam comitentur necesse est actiones et exempla christianae professioni consentanea. Integritatis exempla et justitiae, miserationis in egenos et poenitentiae, concordiae domesticae et verecundiae legum, optimae sunt orantium commendationes. Qui sancte colunt et perficiunt praecepta Christi, eorum scilicet votis divina liberalitas occurrat, secundum illud promissum: *Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis* (3). Id autem est quod in praesentia, consociata Nobiscum prece, singulariter a Deo velitis hortamur, ut detur vobis cives concordis fratresque in complexum perfectae caritatis excipere.

Ad haec, Coelitum sanctorum adjungere juvat deprecationem: cuius efficacitas quantum, hac praesertim in re, emineat, illud Augustini docet de Stephano acute dictum: *Si Sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet* (4). Itaque suppliciter

(1) S. Aug. de dono persev. xxiii. 63.

(2) I. Cor. x. 32.

(3) Joann. xv. 7.

(4) Serm. in nat. s. Steph. vi, n. 5.

imploramus Gregorium, quem suae gentis salutare Apostolum Angli consueverunt; Augustinum, alumnum et legatum ejus, ceterosque, quorum admirabili virtute, admirabilibus factis, ista dilaudata est altrix Sanctorum insula; singularesque patronos, Petrum Principem apostolorum et Georgium; ante omnes, sanctissimam Dei Genitricem, quam humano generi Christus ipse e cruce reliquit atque attribuit matrem, cui regnum vestrum, nobilissimo praeconio, tamquam *Dos Mariae*, inde a proavis est dedicatum. Eos cunctos magnis precibus adhibemus apud Deum suffragatores, ut renovatis temporum optimorum auspiciis ipse *repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti* (1).

Peculiariora vero precum officia quae jam, ad fidei unitatem, statis diebus modisque sunt apud catholicos instituta, ea curandum ut majore et frequentia et religione celebrentur. Imprimisque vigeat sancta marialis Rosarii consuetudo, a Nobismetipsis tantopere excitata: eo quidem veluti summa evangelicae doctrinae perapte continentur, ab eoque saluberrimae in populos utilitates perenni cursu fluxerunt. Hoc amplius, ad sacrae indulgentiae beneficia, quae subinde a Deo concessoribus sunt in eodem genere concessa, unum quoddam adjicere placet sponte et auctoritate Nostra. Id est, qui rite precem recitaverint quam huic epistolae subjicimus, indulgentiam singulis, etiam non anglis, dierum trecentorum tribuimus, plenariam praeterea, semel in mense, recitantibus quotidie, consuetisque servatis conditionibus.

Haec omnia augeat expleatque divina obsecratio Christi de unitate; quam hodierna die per sacratissimum Resurrectionis ejus mysterium immensa cum fiducia iteramus: *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut et nos... Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est... Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me; ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint... Ego in eis, et tu in me; ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti* (1).

Jamvero universae Britannorum genti fausta a Deo omnia cupimus et exoptamus: summa vero precamur veluntate, ut quaerentibus regnum Christi et in fidei unitatem salutem vota plena eveniant.

(1) Rom. xv. 13.

(2) Joann. xvii. 11, 17, 20, 21, 23.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XIV aprilis anno
MDCCCLXXXV, Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.

AD SANCTISSIMAM VIRGINEM

PRO ANGLIS FRATRIBUS PRECATIO

O beata Virgo Maria, Mater Dei, Regina nostra et Mater dulcissima, benigna oculos tuos converte ad Angliam, quae *Dos* tua vocatur, converte ad nos, qui magna in te fiducia confidimus. Per te datus est Christus Salvator mundi, in quo spes nostra consisteret; ab ipso autem tu data es nobis, per quam spes eadem augetur. Eja igitur, ora pro nobis, quos tibi apud Crucem Domini excepisti filios, o perdolens Mater: intercede pro fratribus dissidentibus, ut nobiscum in unico vero Ovili adjungantur summo Pastori, Vicario in terris Filii tui. Pro nobis omnibus deprecare, o Mater piissima, ut per fidem, bonis operibus fecundam, mereamur tecum omnes contemplari Deum in coelesti patria et collaudare per saecula.—*Amen.*

CONCLUSIONES

DEL

CUARTO CONGRESO CATÓLICO ESPAÑOL

(Continuación)

3.^a Los medios que, con preferencia, deberían adoptarse, son los siguientes:

a) Influir, todo lo posible y donde convenga, para que obtengan cátedras oficiales personas de arraigadas creencias católicas, á fin de que, en la explicación de sus asignaturas, sea de la índole que fueren, lejos de verter doctrinas que estén, directa ó indirectamente,

en pugna con la Biblia, procuren harmonizar los adelantos de la ciencia con el contenido de los Libros sagrados, y promover las obras exegéticas en que se responda victoriosamente á las objeciones de los antiguos y modernos filólogos, geólogos y racionalistas.

De entre dichas obras los Prelados recomendarán las que, en su alto criterio, crean más útiles y convenientes.

b) Procurar que en el nuevo *Plan* de estudios de segunda enseñanza se restablezcan, durante el bachillerato, las lecciones semanales prescritas en el art. 3.º del Real decreto de 26 de Agosto de 1858, sobre explicación de la *Doctrina cristiana*, nociones de *Historia sagrada* y principios de *Religión y moral*, desempeñadas únicamente por Reverendos Sacerdotes, y adoptando los autores que recomienden los prelados.

c) Gestionar activamente para que en las cátedras de los establecimientos docentes, sean de la clase que fueren, no se viertan doctrinas heterodoxas, ya con carácter dogmático, ya con el mero pretexto de forma científica, ó que estén en pugna con el contenido de los Libros sagrados, valiéndose para ello de los medios que el Derecho y la Constitución conceden á los católicos españoles.

d) Que los Reverendos Párrocos, ó sus delegados, visiten mensualmente los Colegios municipales de 1.ª enseñanza y los privados de 1.ª y 2.ª como preparación para los estudios superiores, vigilando para que no se propaguen doctrinas contrarias á la Religión y á las Sagradas Escrituras.

4.ª Se recomienda á los Rmos. Prelados la conveniencia de enviar uno, dos, ó más alumnos á la Escuela Bíblica de Jerusalén, tan elogiada por Su Santidad, para formar profesores de Escritura para los Seminarios, y la publicación de una Revista Bíblica ó la traducción de la de Jesuralén.

Punto IV

Conveniencia de fomentar los estudios jurídico-canónicos en los grandes establecimientos docentes.—Ventajas que reportarian.—Medios de conseguirlo.

CONCLUSIONES

1.ª Sería de desear que en las Universidades del Reino se enseñara el Derecho canónico en toda su extensión, destinando al efecto á su exposición dos cursos completos de lección diaria.

2.^a Es de la mayor trascendencia se procure formar buenos Catedráticos, enviando uno, dos ó más alumnos de cada diócesis al Colegio Español establecido en Roma, que con preferencia se dediquen al estudio del Derecho Canónico.

3.^a Debería establecerse un Seminario Central en cada una de las provincias ó metrópolis eclesiásticas de España.

4.^a En las capitales donde se hallan establecidos los grandes centros docentes, ó por lo menos en algunas de ellas, debería fundarse una *Academia* semejante á la que existe en París con el nombre de *Academie de Saint Raymond de Pennafort*, destinada al cultivo de la ciencia canónica en sus aspectos teórico y práctico.

5.^a Debería fundarse una Revista consagrada exclusivamente á la ciencia canónica, y que podría ser, al mismo tiempo, órgano oficial de los grandes establecimientos docentes y de las *Academias* consagradas al cultivo de dicha ciencia.

6.^a Convendría también recabar de la potestad civil que se diera cabida al Derecho canónico en los programas oficiales que se redactasen para las oposiciones á Notarías y á los demás cargos cuyos aspirantes debiesen ser licenciados en Derecho.

7.^a Se considera muy conveniente la celebración periódica de concursos, en los cuales se premiasen monografías ó trabajos de relevante mérito sobre temas de Derecho canónico, anunciados con alguna antelación; y sería muy laudable estimular la piedad de los fieles, para que erigiesen alguna fundación ó concedieran pensiones destinadas á dicho objeto.

Punto V

Necesidad de dar más extensión á la enseñanza catequística bajo la dirección de los Párrocos.—Medios de que tomen parte en ella los Centros y Asociaciones católicas, sin perjudicar, sino más bien fomentando, el espíritu de parroquialidad.—Reglamentos breves y sencillos que al efecto podrían proponerse.

CONCLUSIONES

1.^a Para que el Catecismo pueda producir la restauración del espíritu cristiano, es necesario el desarrollo de la catequesis, bajo la legítima y metódica dirección de los Párrocos, y tomándose la enseñanza parroquial como punto de partida, conforme consignó el Congreso Católico de Sevilla (Sección 2.^a, punto 2.^o, conclusión 3.^a).

2.^a Señálanse como medios para desarrollar y fecundizar la catequística:

a) Que, en las capitales y en cada parroquia de importancia, se organicen *Juntas catequísticas* que secunden á los Párrocos en esta interesantísima obra; que tomen parte en ella las Asociaciones católicas; y que los padres, amos, patronos y profesores se esmeren en facilitar, por este medio, la instrucción catequística de sus subordinados.

b) Que se clasifiquen las catequesis en secciones de párvulos, de primera Comunión y de perseverancia. Si bien la segunda de estas secciones reclama, de un modo más inmediato y particular, el celo y diligencia de los Párrocos, las Asociaciones católicas vienen llamadas á secundarlos, especialmente en la sección primera, facilitando objetos que puedan servir de premio y de estímulo, y en la tercera, fomentando las escuelas nocturnas y dominicales para obreros, sirvientes, etc., y promoviendo, mayormente entre sus asociados, la concurrencia á la Misa parroquial, para oír la explicación del Evangelio verdadera base del Catecismo de perseverancia.

3.^a Para la reglamentación de las funciones catequísticas, se recomienda el Reglamento de Oviedo, que ya fué aceptado por el Concilio provincial de Valladolid.

4.^a Merecen también especial recomendación como reglamentos breves y sencillos: la *Organización de los Centros catequísticos*, que obra en el extracto de la Memoria presentada al Congreso de Sevilla por el Sr. Gómez de Saucedo, Canónigo de Ciudad Real; el que ofrece el P. Mach en los preliminares á su *Tesoro del Catequista*, y el resumen que de su Memoria presentada á este Congreso Tarraconense hace el ilustrado Párroco de Santa Ana de Barcelona.

5.^a Las *Breves instrucciones* para los niños de primera Comunión publicadas por dicho Párroco, contienen excelente método de catequesis; y la citada obra del P. Mach constituye un verdadero tesoro para practicarla acertada y fructuosamente.

CONCLUSIÓN ADICIONAL

Como medio eficaz y práctico para procurar la instrucción religiosa de los niños, se recomienda la propagación del *Patronato de la niñez escolar*, fundado en Valencia y aprobado por el Congreso Católico de Sevilla, y al efecto se reconoce muy conveniente la difusión

de la Revista mensual titulada: *El Mentor de los Amiguitos del Corazón de Jesús*, órgano de la referida Obra.

SECCIÓN TERCERA

Asuntos de Caridad

Punto I

Penuria á que se halla reducido el culto en muchas iglesias.—Dificultad de hacer frente á sus atenciones más indispensables.—Medios de allanarla en lo posible.

CONCLUSIONES

1.^a Es tal la penuria á que se halla reducido el Culto en muchas Iglesias parroquiales, que sólo cuentan de dotación con 170 pesetas anuales, las cuales, deducido lo que importa en muchas diócesis el déficit de Cruzada, el impuesto por pagos del Estado y demás descuentos por Habilitado, calderilla, sellos móviles, etc., quedan reducidas á 143 pesetas.

2.^a No sólo es difícil, sino del todo imposible, hacer frente con tan exigua cantidad á las atenciones más indispensables del Culto, y á las reparaciones ordinarias de la fábrica de la Iglesia, como dispone la Ley. Para el gasto de la lámpara que ha de arder día y noche ante el Sagrario, de la cera y oblata que es indispensable para una sola misa diaria, y de lavado y recomposición ordinaria de los ornamentos, se necesitan, á lo menos, 133 pesetas anuales. Restan, pues, tan solo 10 pesetas al año, con las cuales hay que hacer frente:

- a) A los gastos de limpieza del Templo y Sacristía:
- b) Al salario del campanero y sacristán, y retribución de los monaguillos:
- c) A la cera para las funciones del año, é incienso para aquellas en que se pone de manifiesto S. D. M., etc.
- d) A la adquisición de ornamentos y conservación de los vasos sagrados, que han de dorarse con alguna frecuencia:
- e) A las reparaciones ordinarias del templo parroquial y anejos, donde los hubiere (que los hay en la mayoría de las parroquias, sobre todo las que están situadas en terrenos montuosos):

(Continuará).

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.